

8. Commota est et contremuit terra ; fundamenta montium concussa sunt, et conquassata, quoniam iratus est eis.
9. Ascendit fumus de naribus ejus, et ignis de ore ejus vorabit; carbones succensi sunt ab eo.
10. Inclinavit cœlos, et descendit; et caligo sub pedibus ejus.
11. Et ascendit super cherubim, et volavit; et lapsus est super pennas venti.
12. Posuit tenebras in circuitu suo latibulum; cibrans aquas de nubibus celorum.
13. Prae fulgore in conspectu ejus, succensi sunt carbones ignis.
14. Tonabit de cœlo Dominus; et excelsus dabit vocem suam.
15. Misit sagittas, et dissipavit eos; fulgor, et consumpsit eos.
16. Et apparuerunt effusiones maris, et revelata sunt fundamenta orbis, ab increpatione Domini, ab inspiratione spiritus furoris ejus.
17. Misit de excelso, et assumpit me; et extraxit me de aquis multis.
18. Liberavit me ab inimico meo potentissimo, et ab his qui oderant me; quoniam robustiores me erant.
19. Prevenit me in die afflictionis meæ, et factus est Dominus firmamentum meum.
20. Et eduxit me in latitudinem; liberavit me, quia complacui ei.
21. Retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam; et secundum munditiam maliuum mearum reddet mihi.
22. Quia custodivi vias Domini, et non egi impie, a Deo meo.
23. Omnia enim iudicia ejus in conspectu meo; et præcepta ejus non amovi a me.
24. Et ero perfectus cum eo; et custodi me ab iniuritate mea.
25. Et restituet mihi Dominus secundum justitiam meam; et secundum munditiam maluum mearum, in conspectu oculorum suorum.
26. Cum sancto sanctus eris; et cum robusto perfectus.
27. Cum electo electus eris; et cum perverso perverteris.
28. Et populum pauperem salutem facies; oculisque tuis excelsos humiliabis.
29. Quia tu lucerna mea Domine; et tu Domine illuminabis tenebras meas.
30. In te enim curram accinctus; in Deo meo transiliam murum.
31. Deus, immaculata via ejus, eloquium Domini igne examinatum; scutum est omnium sperantium in se.
32. Quis est Deus præter Dominum; et quis fortis præter Deum nostrum?
33. Deus qui accinxit me fortitudine; et complanavit perfectam viam meam.
34. Coæquans pedes meos servis, et super excelsa mea statuens me.
35. Docens manus meas ad prelium, et componebas quasi arcum arcuum brachia mea.
36. Dediti mihi clypeum salutis tuæ; et mansuetudo tua multiplicavit me.
37. Dilatabis gressus meos subtus me; et non deficit tali mei.
38. Persequar inimicos meos, et conteram; et non convertar donec consumam eos.
39. Consumam eos et confriangam, ut non consurgent; cadent sub pedibus meis.
40. Accinxisti me fortitudine ad prelium; incurvasti resistentes mihi subtus me.
41. Inimicos meos dedisti mihi dorsum; odientes me, et disperdam eos.
42. Clamabunt, et non erit qui salvet; ad Dominum, et non exaudiet eos.
43. Delebo eos ut pulverem terræ; quasi lutum platearum communiuam eos atque confringam.
44. Salvabis me a contradictionibus populi mei; custodies me in caput gentium; populus, quem ignoravi, serviet mihi.
45. Filii alieni resistent mihi, auditu auris obedient mihi.

46. Filii alieni defluxerunt, et contrahentur in angustiis suis.
47. Vivit Dominus, et benedictus Deus meus; et exaltabitur Deus fortis salutis meæ.
48. Deus qui das vindictas mihi, et dejicis populos sub me.
49. Qui educis me ab inimicis meis, et a resistentibus mihi elevas me; a viro iniquo liberabis me.
50. Propterea confitebor tibi Domine in gentibus; et nomini tuo cantabo.
51. Magnificans salutes regis sui, et faciens misericordiam christo suo David, et semini ejus in sempiternum.

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Recensentur ultima Davidis dicta ac, vers. 8, ejus heroes, nimurum tres ejus fortissimi milites, corumque heroica factiora, ac vers. 24, ceteri ejus triginta Fortes numerantur. Confer hoc caput cum I Paral. xi, ubi alio ordine et methodo idem catalogus Fortium Davidis texitur.

1. Hæc autem sunt verba David novissima. Dicit David filius Isai : Dixit vir, cui constitutum est de christo Dei Jacob, egregius psalmes Israel : 2. Spiritus Domini locutus est per me, et sermo ejus per linguam meam. 3. Dicit Deus Israel mihi, locutus est Fortis Israel, dominator hominum, justus dominator in timore Dei. 4. Sicut lux aurora, oriente sole, mane absque nubibus rutilat, et sicut pluvias germinat herba de terra. 5. Nec tanta est dominus mea apud Deum, ut pactum aeternum iniret mecum, firmum in omnibus atque munitum. Cometa enim salus mea, et omnis voluntas; nec est quidquam ex ea quod non germinet. 6. Prævaricatores autem quasi spinae evellentur universi, quæ non tolluntur manibus. 7. Et si quis tangere volerit eas, armabitur ferro et ligno lanceato, igneque succensa comburentur usque ad nihilum. 8. Hæc nomina fortium David. Sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus, qui octingentes interfecit impetu uno. 9. Post hunc, Eleazar filius patru ejus Ahohites inter tres fortis, qui erant cum David quando exprobaverunt Philistium, et congregati sunt illic in prælium. 10. Cumque ascenderent viri Israel, ipse stetit et percussit Philistæos, donec desiceret manus ejus, et obrigesceret cum gladio; fecitque Dominus salutem magnum in die illa; et populus qui fugerat, reversus est ad casorum spolia detrahenda. 11. Et post hunc, Semma filius Age de Arari, et congregati sunt Philistium in statione; erat quippe ibi ager lente plenus. Cumque fugisset populus a facie Philistium, 12. stetit ille in medio agri, et tuitus est eum, percussitus Philistæos, et fecit Dominus salutem magnam. 13. Nec non et ante descenderant tres qui erant principes inter triginta, et venerant tempore messis ad David in speluncam Odollam, castra autem Philistinorum erant posita in Valle gigantum. 14. Et David erat in præsidio; porro statio Philistinorum runc tune erat in Bethlehem. 15. Desideravit ergo David, et ait : O si quis mihi daret potum aquæ, de cisterna quæ est in Bethlehem iuxta portam ! 16. Irruperunt ergo tres fortis castra Philistinorum, et hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat iuxta portam, et attulerebant ad David; at ille noluit bibere, sed libavat eam Dominus, 17. dicens : Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc; num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt, et animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere; hac fecerunt tres robustissimi. 18. Abisai quoque frater Joab filius Sarvia, princeps erat de tribus; ipse est qui levavit hastam suam contra trecentos, quos interfecit nominatus in tribus, 19. et inter tres nobilior, eratque eorum princeps, sed usque ad tres primos non pervenerat. 20. Et Banaias filius Joiada viri fortissimi,

magnorum operum, de Cabsel; i se percussit duo leones Moab, et ipse descendit, et percussit leonem in media cisterna in diebus nivis. 21. Ipse quoque interfecit virum Egyptum, virum dignum spectaculo, habentem in manu hastam; itaque eum descendisset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu Egyptii, et interfecit eum hasta sua : 22. haec fecit Balaicus filius Joiadae. 23. Et ipse nominatus inter tres robustos, qui erant inter triginta nobiliores; verutamen usque ad tres non pervenerat; fecitque eum sibi David auricularium a secreto. 24. Asael frater Joab inter triginta, Elephanus filius patrum eius de Bethlehem, 25. Semma de Harodi, Elieca de Harodi, 26. Eles de Phalti, Hira filius Acces de Theca. 27. Abiezer de Anathoth, Mobonni de Husati, 28. Selmon Ahobites, Maherai Netophatites, 29. Heled filius Baana, et ipse Netophatites, Ithai filius Ribai de Gabaith filiorum Benjamin, 30. Banaua Pharathonites, Heddai de torrente Gasa, 31. Abialbon Arbatites, Azmaveth de Beromi, 32. Eliaha de Salaboni, filii Jassen, Jonathan, 33. Semma de Orori, Aiam filius Sarar Arorites, 34. Eliphelet filius Aasbai filii Machati, Eliam filius Achitophel Gelonites, 35. Hesrai de Carmelo, Pharai de Arbi, 36. Isgal filius Nathan de Soba, Bonni de Gadi, 37. Selec de Ammoni, Nahara Berothites armiger Joab filii Sarvie, 38. Ira Jethrites, Gareb et ipse Jethrites, 39. Urias Hethaeus. Omnes triginta septem.

Vers. 1.

HEC AUTEM SUNT VERA DOMINA NOVISSIMA. — quia, ut at S. Hieronymus in Tradit., « post psalterium et cetera metra, hoc metrum compositissime dicitur. » Addit Chaldeus dicta novissima, quia prophetam continent de Christo in novissima et ultima mundi aetate nascitur, iuxta illud S. Joannis, epist. i, cap. ii, vers. 18: « Filiali, novissima hora est; » et illud Pauli: « Novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, » Hebr. i, 2. Addit tertio Lyranus dicta novissima, quia memoria maximam commendanda, uti sunt apud filios novissima parentum monita.

DIXIT VIR, CUI CONSTITUTUM EST DE CHRISTO DEI Jacob. — *Primo*, plane sic de Christo exponas, q. d. Dixit David, cui facta est promissio de Messia, sive « Christo » ex se nascituro, qui est « Christus Oci » veri quem coluit « Jacob » Patriarcha, qui unctus est a Deo in summum mundi regem et pontificem. *Secondo*, de ipso Davide, q. d. Dixit David qui constitutus est, ut esset « christus Dei », id est rex a Deo unctus, qui regeret posteros ad Jacob, « sive populum Israel. Unde Sphagniata vertunt, dixit vir, quem suscitavit Dominus in christum Dei; sic et Chaldeus, Vatablus et alii. *Tertio*, Hebrew apud S. Hieronymum in Tradit. vertunt: *Dixit vir, cui constituta est scala christi Dei Jacob*, idque sic explicant, q. d. « Scala eidem christo Dei Jacob, id est Davidi, constituta est, per quam considereretur ad Deum, eo quod idem sollempniter confessus sit se peccasse Domino. » Unde additur: *Et Jacob*, q. d. Scala Davidi similis est scala Jacob, Genes. cap. xxviii, per quam nimis ipse vidit ascendentes Angelos ad Deum scalae luximixum, ut per eam representaretur Filius Dei descendens in terram et carnem, per Jacob et Davidem, qui futuri erant eius parentes, ut eos ceteros que homines peccato Adae aliisque propriis perditos redimeret, et per penitentiam salvaret. Scala ergo peccatoris est penitentia et confessio;

per hanc enim ad Deum in celum concedunt. Primus sensus planissimus est, eumque exigit *ad Christum*, vel ut Hebreum est *super Christum*, et *ad dicit*, pro quo Hebreum est *Domini neum*, id est distum, effatum, sermo certus et irrefragabile, oraculum.

EGREGIUS PSALTER ISRAEL. — *Egregius Hebreico nam*, id est pulcher, speciosus, suavis, jucundus. Tales enim sunt Psalmi quos David composuit, et cani jussit a Levitis in Israel; unde idem canuntur in Ecclesia Christiana per omnia saecula, loca et tempora, ipsique sunt exultatio Ecclesie et fiducia.

SPIRITU DOMINI LOCUTUS EST PER ME, ET SERMO *L* *EJUS PER LINGUAM MEAM,* — supple, insomni, q. d. Deus locutus est per me, ac per meam linguam, quasi organum et instrumentum, Psalmos dicit, iuxta illud: Lingua mea calamus scribe velociter scribenti, » Psalm. XLIV, q. d. Ego non ex me misero ingenio et sensu, sed aucta numero, Deo palaver, Deunque hymnis et psalmis laudare delici et docui.

DIXIT DEUS, ETC., JUSTUS DOMINATOR IN TIMORE TUI. — *Dei*; sic et Chaldeus, Vatablus et alii. *Terzo*, Hebrew apud S. Hieronymum in Tradit. vertunt: *Dixit vir, cui constituta est scala christi Dei Jacob*, idque sic explicant, q. d. « Scala eidem christo Dei Jacob, id est Davidi, constituta est, per quam considereretur ad Deum, eo quod idem sollempniter confessus sit se peccasse Domino. » Unde additur: *Et Jacob*, q. d. Scala Davidi similis est scala Jacob, Genes. cap. xxviii, per quam nimis ipse vidit ascendentes Angelos ad Deum scalae luximixum, ex eo nascituro. Unde Chaldeus verit: *Dixit quod constitutus mihi regem, ipse est Messias, qui futurus est ut surget, et dominetur in timore Dei.* Alter vertit Vatablus, nimis: *Dixit Deus: Dominator super homines justus sis, dominator habeat timorem Dei*, q. d. Deus predixit me Davidem fore dominatorem, id est regem, justum et timentem Deum.

Quares, quid dixit Davidi Deus? Respondeo: ea quia dicta sunt vers. 1 et 2, ac que dicuntur vers. 4 et seg., ac presertim oraculum de Christo ex eo nascituro. Unde Chaldeus verit: *Dixit quod constitutus mihi regem, ipse est Messias, qui futurus est ut surget, et dominetur in timore Dei.* Alter vertit Vatablus, nimis: *Dixit Deus: Dominator super homines justus sis, dominator habeat timorem Dei*, q. d. Deus predixit me Davidem fore dominatorem, id est regem, justum et timentem Deum.

Vers. 4.

4. SCUT LUX AUREO, ORIENTE SOLE, MANE ABSQUE NUBIBUS RUTLAT. — *Primo*, Lyranus, q. d. Scut lux aurore resplendet, sic Deus clavis militi Davidi locutus est et revelavit futura. *Secondo* et melius, Chaldeus, Abulensis et alii, q. d. Scut lux aurea rutilat, subundi, sic rutilabit regnum meum (Davidis) et, ut vers. 3, ssquitur, domus mea et aliorum iustorum, eritque splendida, fecunda et gloria instar solis.

ET SIC PLUVIS (irrigata) GERMINAT HERBA DE TERRA, — subundi, sic germinabit et fecunda erit domus et posteritas mea, ut explicit versus sequens. Ex quo liquet ad litteram, Davidem hie de se statque stirpe loqui: allegorio vero et precipe de Christo ex stirpe sua nascituro; Christi enim orbius fuit ex colesti gratia Spiritus Sancti, coquere irrato B. Virgo concepit et puperit Christum, iuxta illud: « Virtus Allissimi obumbrabit tubi. » Et: « Visitavit nos Oiens ex alto, » Luc. i. Mystice Angelomus: « Aurora, inquit, est Ecclesia, quia oriente sole, hoc est, Christo resurgente a mortuis, absque nimibus rutilat, id est, absque peccato infidelitatis resplendet in mirabilis. Pluvia est Evangelica predicatio: herba credentia significat populum, terra vero Ecclesiam. »

Tropologice idem Angelomus: « Qui, inquit, in timore Domini dominationem in subditis exercit, hinc opera per solem justitiae illuminata profert; nec in eis aliquid remanebit obscurum, sed imbre celestis gracie irrigatus, germina virtutum in carne vivens fructificat. »

Vers. 5.

NEC TANTA EST DOMUS MEA APUD DEUM, UT PAGUM ETERNUM INTRAT BECCUM. — q. d. Ego et domus mea non sumus tam magni, tantique meriti, ut ob illud Deus mecum inret pactum, mithique promitteret domum, id est posteritatem et stirpem regiam perpetuanam usque ad Christum, indeque in aeternum; Christus enim omnium hominum dignitatem et merita longe transcedit. Hoc ergo pactum init mecum Deus ex mera sua misericordia, gratia et liberalitate, qua me unum et tota laudare voluit, ut Christi generationem subseruire.

CUNCTA ENIM SALUS MEA, ET OMNIS VOLUNTAS, — RE pte, in omnibus firma est et munita, aut ut praecessit, aut, impletur et germinat, ut sequitur, q. d. Cuncta mihi ad salutem proficiunt, omniaque mihi ad votum et voluntatem Deo prosperante succedunt.

NEC EST QUIDQUAM EX EA (ita lege cum Romanis, non eo) QUOD NON GERMINET, — q. d. Quidquid ego volo, hoc Deus secundat, omnesque actiones, desideria et intentiones mee prospere proficiunt et succrescent instar germinis et terra pluvia irrigata frondoso crumpentis; persistit enim in metaphora germinis, unde Chaldeus verit, omnes indigentia mea, et omnes petitiones meae ante ipsum factae sunt. Sic S. Dominicus dictabat se a Deo impetrare quidquid peteret. Idem dixere alii sancti eximili; Deus

enim « voluntatem dimentium se faciet, » Psalm. CLXIV, 17.

6. PREVARICATOES AUTEM QUASI SPINA EVELLENTUR UNIVERSI, — a Deo, vel in hac vita, vel in die judicii, ubi eos et terra ejicet in abyssum gehennas.

7. QUE NOI TOLLUNTUR MUNDUS. ET SI QVIS TOL- Vers. 7.

LER VOLVERIT EAS, ARMABITUR FERRO ET LIGNO LAN- CEATO, IGNEQUE SUCCESE, COMBURENTUR. — Significat impios quasi spinas, mollis corrections esse incapaces, et contactum eorum esse aculeatum; ac proinde non blande, sed rigide, cum eis agendum ut ferro succidatur, vel igne comburatur: si quieti spinas vult tollere, non manibus eas evelli, ne his pungatur; sed manus armata ferro quo eas succidat, vel ligno luceato; Vatibus, hastili lancea, quo eas abigat et amovent, ne ab ilis ledatur: denique non tollat eas, sed igne comburet. Sic Deus succidet domos impiorum, easque igne gehennae succedit; me autem meamque et ceterorum justorum domum prosperabit et perpetuabit.

USQUE AD NILUM. — *Hebreus, in habitaculo suo*,

id est in stirpe sua exsurgent, et quasi ad nihilum rediguntur, q. d. Omnino peribunt, si non

in hac vita, saetem in futura. Paraphrastus et

elocutor hec omnia a vers. 4 huicque verit

Chaldeus, justitiae et sanctis, qualis erat David adaptat: « Beati, inquit, eritis vos, justi; fecitis

vostra bona, quia vos futuri estis, ut lucetis

in luce glorie vestre sicut splendor aurorae,

qui ambulat et constat; et siest sol qui splendet

absoe nimbus in splendor glorie sua. Eos

sicut agri qui expectant annis siccitatis, ut des-

cendant pluvia super terram. » Deinde antiphesis

impiorum sanctis opponit: « Improbi, ait, factores

praecepi erunt similes spinis, que in ortu suo

molles ad erundum, et omnis filius hominis par-

cit super eis, et simi eis; procedunt et invales-

ad usque non sit possibile appropinquare

ad eam manu: et sic omnis homo qui incipit ap-

propinquare ad peccata praegettaria et se ro-

borantia super se usquequo operiant eum tan-

quam vestis ferrea; non (qua Chaldeus putat na-

tionem precedentem hic esse repectum) praevi-

alent illi in lignis hastarum et lancearum: ideo

non est necesse ut eorum in manu hominis, sed

in igne incendendo incandescat, cum apparuerit

domus iudicij magni, ut sedeat super solium ju-

dicij ad iudicandum seculum. »

8. HEC NOMINA FORTIAE DAVID. — Additur I Pa-

Vers. 8.

ralp. xi, 10: « Qui adiuvarent cum, ut rex fieret

super omnem Israel. » Porro hi fortis habitabant

in domo una qua, Nehem. III, 16, vocatur « do-

mus fortium, » ubi etiam quasi in palestra ath-

letes et pugiles, exerciti causa, digladiationibus

certabant, ait ex Lyrae Adriachomus, qui can-

sit ait in monte Sion iuxta palatium Davidis,

ibique eamdem graphicis depingit. Texitur hic

catalogus fortium militum sive hercum Davidis,

primo, ad historie integritatem, ut scilicet constet

qui fuerint milites et duces, per quos David prelia tanta confeuit, et tot victories oblinuit; *secundo*, ut virtutis eorum haes latum deatur, quae omnes ad fortitudinem eorum imitandam excusat. Allegorice, ut hi fortis Davidis representent Christi Apostolos et viros Apostolicos per quorum heroicam facta ipsae sua fidei subegit totum orbem. Tropologice, ut eorum exemplo animantur fidèles ad fortiter certandum contra carnem, mundum et diabolum. « Regnum enim cœlorum vim patitur, et violenti rapunt illud. » *Matt. x.* Cenit enim sublimis est et forte, quare a fidelibus mente sublimioribus et fortioribus expugnandum est. Igitur cœlum est civitas fortium, in qua nemo imbellis et imbecillis admittitur, *juxta illud Isaiae xxvi, 4*: « Urbs fortitudinis nostra Sion salvator, in ea poterit murus, et antemurale. » In *Vita S. Astioni* et *Epistoli Astionis*, qui acerba pro Christo tormenta fortissime tolerarunt, nil aliud ingeminantur, quam « Christianismus », refutat, quod Vigilianus Astionis mortem parentibus tuncdico infidelibus nuntiari parabolice, dicens eum in remoto regionem migrasse, in qua felicissime vivebat. Rogavit mater, dixitque: « Quis est regio illa, quo perrexit dulcissimus meus et unicus Astion? » Vigilianus respondit: « Regio robustorum », seu « fortium virorum », quam deinde ex *Apocal. xxi*, graphicè depingit, ac tandem explicans illam esse cœlum, ad quod per martyrium transierit fortis Astion, parentes eius ad Christi fidem converterunt. Abbas Athanasius in *Prato Spirituali* apud Joannem Moschum, cap. *cxxx*, narrat se in extasi ab Angelio ductum ad cœlum, cumque pulsans illum ingredi vellet, audiisse ab ostiario: « Non hue ingredier quisquam in negligencia degens; sed, si intraveritis, abiit, certate, nihil estimantes vanitates seculi. » Hinc in cœlo canunt Beati: « Transimus per ignem et aquam, et duxisti nos in refrigerium. »

Ita nunc, fortis, ubi celsa magna
Duxit exempli via; quid inertes
Terga nutatis? superata tellus
Sidera donat,

ait Boetius, lib. IV *De Consolat.* metro 7. Viā dic
Apocal. iii, 21.

8. SEDIS IN CATHEDRA SAPIENTISSIMUS PRINCIPES
INTER TRES. — Quis hic? David rex, inquit He-
breus apud S. Hieronymum, Chaldeus, Eucherius
Lyranus, Rupertus, Dionysius, Vatablus. Alii pri-
tant esse Jacob ducem exercitus. Ceteri doce: Hic
sedis non est David, sed Jesbaam, primus fortun-
atus Davidis. Id ita esseclare liquet tam ex Septuaginta
quia hinc vertunt, *Jesba filius Techmali, prae-
mus trum hic; tum ex I Paral. xi, 11, ubi clare di-
citur: « Iste numerus robustorun David; Jes-
ba filius Hachamoni principes inter triginta;*
tum ex Josepho qui eum vocat *Isemam*, vel ut
mendosus legit: *Aబանս Eսսիմ Ահամա*. Recensentur enim his Kar. et David, quorum pri-

ceps fuit Jesbaam. Ita Beda, Angelomus, Abulensis, Quest. X, Hugo, Glossa, Cajetanus, Arias, Sesarius, Sanchez, Salianus, Ubi nota primo: *Jesbaam* hebraice significat *sedens in populo*, quod hic dicitur, *sedens in cathedra*, quasi caelitus dignior, et fortius princeps est: ergo *שׁב בְּכָתְּדָר* ergo *Jesbaam* *bas-siebeth*, id est *sedens in cathedra*, est nomen proprium, idemque *domus Jesbaam*, quam appellativum; quia vero Jesbaam erat *sedens in cathedra*, quasi dux et princeps militum. Secundo, *Jesbaam* qui hic dicitur *soepiensissimus*, *I Paral.* xii, 11 vocatur *filius Hachamoni*, id est *sapiens*, tunc quia pater eius vocatur *Hachamoni*, id est *sapiens per excellentiam*; tum quia ipse Jesbaam erat *sapiensissimus*, ut vero *filius sapientis et sapientis* vocari posset, ideoque apposite pater eius vocatus fuit *Hachamoni*, id est *sapiens*; quare \Rightarrow *filius sapientis*, hic tam ut nomen proprium, quiam ut appellativum accipiendo est, eaque ac \Rightarrow *sedens in cathedra*.

Tertio, Jesbaam, qui hic dicitur princeps inter tres, minirum primos et omnium fortissimos, libro I Paralip. cap. xi, dicitur princeps inter triginta; quia ipse erat primus fortium omnium Davidis, qui erant triginta.

Iesse (Jesbaam sive sedens in cathedra) est quasi
TENERIUS LIGNI VERMICULUS. — Hebreus, epise
Adino Haetsni, quod Septuaginta, Pagnini et va-
lentius refutent ut nomen proprium, vertunque
Adino Hesnus, vel Adino Hasoneus, ut Jesbaum no-
mine proprio vocatus sit Adino, ex patria vero
Hesnus, ex virtute et dignitate denique cognomi-
natus sit Jesbaum, id est sedens in cathedra. Secundo,
Noster. No Adino Hesnus, ex quo ac se sedens in cathe-
dra, accipit veritatem ut appellatum significans
ad verbum, delicius lignaceus, hoc est, tenerimus
ligni vermiculus. Laudatur enim Iestobus haec a tribus
egregiis animi corporisque Iestobus, scilicet
primo a sapientia; secundo, ab humilitate et man-
uetudine, qua se estimabat et gerebat ut ligni
vermiculum, id est ut teredinem, qui, licet tenuis
et vilis, tamen rodendo sensim durum eredit,
etinde lignum, indeque dictus est teredo, ait An-
gelolum; tertio, a robore, quod 800 occidet,
q. d. Jesbaum amicis erat facilis, mitis et benignus,
quasi vermiculus, sed item hostibus erat terribilis
ut leo. Ita Eucherius, Lyraeus, Abulensis et
Beda in *Allegoris*.

Tropoleo, Sandi qui in sapientia et virtute
eminent, apud se et alios sunt humiliissimi et man-
suetissimi, quasi vermiculi; idem tamen contra
vitia et demones sunt fortissimi instar leonum.
QUI OCTINGENTOS INTERFECIT IMPETU UNO. — Ergo
erat Josephus, qui pro octingentis ponit nongen-
tibus. Dices *primo*: *1 Paral.* xi, numerantur tantum
trecenti. Respondeo, Jesbaam una vice occidisse
800, alias 300; sic ut universum occiderit 4100. Al-
legorice, Jesbaam fuit typus Christi, «qui uno impo-
nunt», id est sermonis imperio, legione expulsi
democritum. *Vita Iusti.* iii. 30. *Agendolum.* item in

ercent superavit omnes dæmones, omnia peccata, mortem et infernum. Audi Rupertum, libro II, cap. xxxviii: « In Christo fuit spiritus humilitatis quasi tenuerrimus ligni vermiculus, quo duse quasi vermet, et non hominem, se contari perpessus est: in hoc Verbum Dei est in unam eandemque personam unitum homini, quod et fortitudo ejus est, in qua percessit octingentes impetu atque mortuis enim semel spoliavit inferos, et nunc sedens in cathedra omnes iudicaturus est, vivos et mortuos. Quis omnium fortium angelorum aut hominum huciesque pervenit? Fuerunt post eum tres fortissimi, videlicet Apostoli primi predicatori Trinitatis, quorum fortitudinem, et nominibus propriis tres illi primi ordinis fortis pulchre exprimitur. » Hi tres Apostoli sunt, SS. Petrus, Jacobus et Joannes.

POT IUNC. ELEAZAR, FILIUS PATRI EJUS. —
Habraice, *filius Dodo*, quod Vatablus, Pagninus et alii
accipiunt ut nomen proprium, quasi *Dodo* fuerit
pater Eleazar. Noster vero cum Septuaginta accipi-
vit apellativum, vertitque *patris ejus*, scilicet
Jesbaam jam dict. q. d. Jesbaam et Eleazar erant
filii duorum fratrum, ideoque inter eos consobrini.
Primus ergo fortius fuit Jesbaam, *secundus* Elea-
zar, *tertius* Semma, de quo vers. 41. Et hic fit
primus fortium ternio, de quo, cum de aliis mi-
nus fortibus est sermo, dicitur: » Verumatum
usque ad tres non pervenerat; » ut patet vers. 23.
Fuit deinde secundus fortium ternio, de quo vers.
48. Post hunc duos fortium ternitiones vers. 24
numerantur aliis triginta fortis.

ET CONGREGATI SUNT ILLUC, — ubi erat David,
scilicet in Phesdomin, ut dicitur lib. I Paral. cap.
xi, vers. 43.

10. CUMQUE ASCENDISSENT (id est, fugissent, ut patet ex 1 Paral. xi, nimurum cæteri milites), TUNC IPSE (Eleazar) STETIT, — una cum Jesbaem, et fugavit totum exercitum Philistinorum. Unde sequitur.

PERCUTUS PHILISTÆOS DUNO. DEFICERET MANUS
EJUS, ET OBRIGERSCERUT DOMINI. — «Obrigerester,
stupor et spasmus, ait Vatablus. Experimur enim
nimio labore et fatigione manus contrahi ac stu-
pere, ut explicari nequeant: stupor ergo manum
Eleazar astrinxit gladio, ut ab eo amoveri non
posset. Minus recte Josephus, lib. VII, cap. x, ait
manus ejus adhesisset capulo ob sanguinem ab
eo confusum in gladio concresontem, manum
que Eleazar sibi astringentem. Nec enim crux
ita concrexit, ut manum gladio astringat.

41. ET POST HUNC SEMINA. — Tertius hic est in
primo ternione fortium.

ERAT QUIPPE IBI AGER LENTE PLENUS, — quem sci-
licet Philistini succendere vel deprædari volebant,
sed fugientibus cæteris, tutatus est eum Semma.

13. NECNON ET ANTE DESCENDERANT TRES, QUI ERANT PRINCIPES INTER TRIGINTA. — Putant nonnulli hos tres non esse tres fortis primi ternionis

Fatoque pericula vestra
Prætentate mee sitiat quicumque bibentem
Videtur

Cf paulo ante :

O quibus una salus placuit mea castra seculis
Indumenta cervice mori, componite mentes
Ad magnum virtutis opus, summosque labores.

Quare David hic herosum actum elicuit non unius, sed multarum virtutum. *Primo*, mortificationis; nam, ut ait Angelonus, «in sacrificio Domini effusa aqua conversa est, quia culpam concupiscentiae macavit, per proximam reprehensionem sue. *Secundo*, satisfacionis propoecatis. Nam, ut ait S. Gregorius, lib. IX *Registr.*, epist. 39: «Licebat ei bibere, si voluisse; sed quia illa Reita se fecisse meminerat laudabiliter et a licitis abstinebat. Et qui prius pro culpe misericordium militum sanguinem fundi non timuit, postmodum si quem bibet, etiam viventum militum sanguinem se fudisse judicavit, dicens: Num sanguinem istorum hominum qui profecti sunt, et animarum periculum binam?» *Tertio*, bona seculificatis et exempli. Nam, ut ait Eucherius: «Vicit naturam, ut stitens non libebet, et exemplum dñe prebeat, quo omnis exercitus discesserit simili tolerante.» Addit. S. Ambrosius, *Apol. 4 Davids*, cap. vi: «Exercit etiam subditos ad virtutis officium, ut etiam per pericula regali imperio voluntarii milites obtemperantur. Quod autem noluit bibere, declaravit probandorum militum se impersone grata, non sita victum necessitate; proprieatis etiam ne cui regum bibendum usum alienis perieulis quereretur. Postremo, p. vnuus conscientiae deprecatur, eo quod aqua tot virorum quiesca sanguine, sustinuerat bibendum habere non posset, que propositae mortis horre constaret.

Allegoricam causam S. Ambrosius ibidem assignat: «Sicut David, inquit, non aquam de lacu qui est in Bethlehem, sed orundum ex virginem Christum spiritu previdebat. Volebat ergo bibere non aquam fluminis, sed potum gratiae spiritualis: hoc est, non aquarum sibi ab elem-
tum, sed sanguinem Christi. Denique non bibit oblatam aquam, sed Domino libavit, significans sibi se Christi sacrificium, non nature fluentum: illud sacrificium, in quo esse remissio peccatorum; illum sicut se fontem aeternam, non qui periculus quereretur alienis; sed pericula aliena depelleret.» *Eadem* ex Ambroso habet et transcripsit Eucherius, *Beda et Angelonus*. Quocirca Methodius, *Orat. in Hypopaten*. Deiparam ita alloquent: «Tu Bethlehemitica illa cisterna, quam velut refocillatrix David desideravit, ex qua immortalitas poculum cunctis emanavit.»

18. *ABIAS: QUOCUS FRATER JOAB, FILIUS SARVIS, PRINCIPES ERAT ET ALII FORTES.* — secundi gradus et ordinis. Nam in primo ordine et tercione, pri-
mique tres fortissimi erant Ieshaun, Eleazar et Sennia. Ad quos nemo alias pervenit, ut sequitur. Hic ergo describuntur tres fortis secundi ordinis, et primis iam dieis proximi; secundum ergo hunc fortium tercionem constituebant Abias, Banias et Jonathan: de Abias constat hoc loco: de Bania vero vers. 20 et 23, et clare *Paral.* xi, 24. Banias enim pollebat robore, aqua ac consilio, unde praserat legionibus Cereelli et Plebedi, eratque secretarius Davida, ut patet

vers. 23. De tertio Jonathan, est dubium. *Natura* Abulensis, *Qwest.* XVI, censem tertium esse Asae lem fratrem Joab, de quo vers. 24, hic enim ibidem ponitur primus inter triginta, id est, fortior et praestantior easteris triginta fortibus. Seruus vero censem tertium esse Iohannam patrem Banias: Iohannam enim vers. 20, vocatur «vir fortissimus.» Alli censem esse Sobochai de quo cap. xxi, 18. Ali esse Joab ex vers. 24. Melius noster Sathanus et Sanchez censem tertium esse Jonatham filium Samma frater Davidis. Hic enim unum gigantem, imo duos interfecit, ut dictum est cap. xxi, 19 et 21, si credimus Hebreos, qui dicunt Jonathan eu-
dem esse cum Adeodato; sed verius est esse di-
versum. Nam *Elechanus*, id est *Adeodatus*, ponitur non inter tres, sed inter triginta fortis, *i. Paral.* xi, 26, aqua ac Sobochai vers. 29; quare superest solus Jonathan ex cap. xxi, vers. 19, qui cum Abisia et Bania constitutum secundum tercionem fortium, ideoque diversus est a Jonathan filio Sage Aravilas, qui pariter *i. Paral.* xi, 24, inter triginta fortis numeratur. Porro Hebrei apud S. Hieronymum in *Tradit.*, Rupertus, lib. II, cap. xxxvii, et Lyranus censem tres hosce fortis secundi ordi-
nis esse tres illos, qui tres, immo quatuor gigantes interficerant, cap. xi, nimis Abisia, Sobochai et Adeodatum sive Jonathan; putare enim ipsi hos duos ultimos non fuissent duos, sed unus eundemque. *Jonathan* enim Hebreus idem est quod Latine *Adeodatus*, que sententia est probabilis, sed prior probabilior; nam *Adeodatus* Hebreus vocatur *Elechanus*, non *Jonathan*, fuitque filius *Jaae*, id est *Saltus*, ut dicitur cap. xix, 19. Jonathan vero fuit filius *Samae*, ut ibidem dicuntur vers. 21.

SED USQUE AD TRES PRIMOS NON PERVERGAT. — q. d. Abisia non erat ex primo tercione fortium, sed ex secundo, in eoque erat primus.

Mystice, tres fortis Davidis sunt tres ejus eximie virtutes, scilicet sapientia, humilitas et fortitudo, quae celebatur audiuimus vers. 8. Ita Angelonus. Unde Rupertus, lib. II, cap. xxxvii, ad usque ad tres primos non pervergat, sic exponit, q. d. «Quoniam Abisia inter tres fortis Davidis mobilis, et eorum princeps fuerit, tamen nec fortitudine ejus fortitudinem Davidis, nec sapientiam ejus sapientiam Davidis, nec humilitatem ejus humilitati Davidis conequari potuit: multo minus sanctorum sanctitas sanctitatis Christi, a quo dimam, comparari potest.

Porro David hic non numeratur, quia rex; nee Joab, quia milites et fortium dux, licet Rupertus, lib. II, cap. xxxvii, censem Joab, est fortissimum, non nominari, eo quod ipse inique occiderit Abner et Anasam, Ila et Abulensis.

20. *IOSE (Banias) PERCUSIT DUX LEONES MOAB,* — leones enim Moabitici fortiores et fortiores sunt Indicus, aqua sunt Puntici, utrius Alberto et Avicenna docet Gesnerus, tract. *De hene*, lib. I. Unde in Hebreo hi leones vocantur *Arieli*, id est

leones Dei, id est magni, vasti et sevi; que enim Dei sunt, magna sunt. Nonnulli per *duos leones* accepunt duos duces fortissimos, qui idcirco *leones Moab* vocentur, quod Moabitis open tulerint, cum braui apud S. Hieronymum, Josephus, *Glossa*, Lyranus, Cajetanus.

ET PERCUSIT LEONES IN MEDIA CISTERNA IN DIEBUS

NIIS. — Rem gestam ita narrat Josephus: «Cum minoreret, leo in quedam puteum illapsus est, cuius os quod angustum esset, videlicet brevi fore, ut id nivis oppletur. Atque ideo deceptor exitu et salute, rugire cepit. Banias autem forte fortuna iter faciens acciurrit ad rugitum hiesis, et cum descendens in puteum, repugnante iactu baculi, quem gerebat, examinavit.»

IN DILEXIS NIVIS. — Adiit hoc ad commandan-
dam Baniae fortitudinem, quod tempore nivis,
quo maxime ob fumem et praedilectum defecit
se etiam in homines solent leones, leonem o-
ciderit. Leo enim cum sit calidissimus et igneus
tempore nivis et frigoris robustissimus est; homo
vero frigore contrahitur et obtrapsebit.

Porro Hebreus apud S. Hieronymum et ex iis
Rupertus, lib. II, cap. xxxvii, per «leoneum» in-
telligent Joab, quem iussi Salomonis occidit Ba-
nias, *i. Reg.* ii, 29, idque, inquit, «in media cister-
na, id est in domo Domini, ubi cornu altaris te-
nebat. Cisterna ideo dicitur, quia sicut aqua cister-
nae immunditiam auferit, ita etiam nihilominus
hic cisterna, id est, sanctuarium Domini peccata
expiat: in diebus nivis, quia per mortem pe-
catum expiat. Verum hoc symbolum est.

23. QUI ERANT INTER TRIGINTA (d. quibus vers.
24) NOBILIORIBUS, — q. d. Banias et inter triginta fortis
erat ex primis, ut dicitur *i. Paral.* xi, 24.

24. *ASAE FRATER JOAB INTER TRIGINTA.* — Pre-
ter duos terciones fortium jam recensiti, hic sub-
jungit tertium, sed decuplo majorem, continen-
tibus scilicet triginta fortis, qui tamen cum
sex iam dictis non erant conequali, quorum pri-
mus erat Asael. «Triginta» praeceps sunt triginta
duo, ut patet numeratio; sed Scriptura numeros
integros assignat, quales sunt clarissimi vel simpli-
citer, vel duplicitate, ut sunt triginta.

ELIEHANON — Hic videtur esse Adeodatus de quo
cap. xi, vers. 19, illi enim ibidem in Hebreo
vocatur *Elechanus*, fuitque Bethlemiticus.

FILII PATRII IURIS, — scilicet *Asael*, q. d. Asael
et Elehanon erant filii duorum fratrum, ideoque
consobrini. Hebreum est *Dodo*, quod ut nomen
proprium retinendi Septuaginta, lib. I *Paral.* xi.

Mystice Rupertus, lib. II, cap. xxxviii, per pri-
mum tercionem fortium Davidis accipit Aposto-
los, qui fuerunt fortissimi; nam totum orbem sub-
egerunt Christo: per secundum tercionem fortium
accipit Martyres. *Cansam* subdit: «Post Apo-
stolos quippe, martyres incedunt pugnatores ejus-
dem Trinitatis: fortis quidem et ipsi, ut merito
totum in illis gloriatur regnum David, id est om-
nes et numero triginta fortum.

Allegorice, hi fortis Davidis representant he-

roes Christi, qui non tantum pro se, sed et pro
alii toxis salvandisque fortiter decerant. Ita
Eucherius, «Dominus fortium ergo Ecclesia Chri-
sti tum militans, tum triumphans, ut dixi vers. 8.

Hinc ejus caput est Roma, que Hebraice idem est quod excisa; Graece vero idem quod *pagan*, id est robur et fortitudo (unde et Roma primitus vocabatur *Valentia*), quia Romana Ecclesia fortiter semper cum suo Pontifice contra errores et heres omnes decerpit, easque profigavit, iuxta promissum Christi, *Matth. XVI*: « Tu es Petrus, et super hanc petram edificabimur Ecclesiam meam, et portas inferi non prevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni celorum, » etc. Via ergo ad celum et felicitatem aeternam est fides, doctrina et virtus Ecclesie Romane; per hanc enim peregrinus ad Jerusalem et Romanum coelestem. Unde in Vita S. Dunstani Cantuariorum Episcopi legimus, eum a Cherubinis et Seraphinis invitatum in colum ipso de Ascensionis Christi, cum ipsi dicerent: « Eia paratus esto, proste sis hinc nobiscum Romam venire et coram summo Pontifice (Christo) sanctus, sanctus, sanctus, in eternum cantare. » Quare moriens sursum cum lecto et terra in altum elevatus est, ac ad circumstantes ait: « Vos videtis quo vocor, si vultis mecum ire, ite via quia incessu; » via scilicet fortitudinis, genitio certando contra cupiditates et tentationes universas.

Symbolice, ab hisce Davidis fortibus Gentiles mutuati sunt suos heroes, quibus Posta: « Salvato, inquit, Heroes Deum genus. » Qualis fuit Her-

cules, qui in Gadibus suis statuit columnas, cum hoc lemmate: « Nihil ultra. » De quo Properius, lib. IV:

*Antidote aliquem, tergo qui sustulit orbem
ille ego sum, Alciden terra recepta vacat.*

Hinc finxerunt Argonautas, et heroica eorum fama: scilicet quod Jason cum 34 heroibus in nave dicta Argo navigarit Colchos ad auferendum velut aureum; quorum praecepit fuere Castor, Pollux, *Typhus*, Hercules, etc., de quibus Virgilius, *Elogia*:

*Aster erit tunc Typhus, et altera quae vebat Argos
Delectos Heroes.*

Vide Diodorum, lib. IV, et Hyginum, *Fabul. 14.*

Porro tales futuros Christi discipulos praedixit Sibylla Cumana, cuius versus Virgilii loco citato ad Pollioensem exercitus ducem adulando transiit; sed revera illi non nisi Christo congruant; sic enim de eo inter cetera canit:

*Te duce si qua manent scleris vestigia nostri,
Irrita perpetuus solvent formidine terras.
Ille Deum vitam accipiet, divisive videbit
Pernitos heroes, et ipse videbit illis.*

Et inferius:

Cara deum soboles, magnum Jovis incrementum.

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

*Deus ob numeratum a Davide populum iratus, trium panorum optionem Davidi offert, scilicet famis, bellum et pestis. David pestem elegit; quare illa ingruens 70 milia occidit. *Mo. vers. 17.* David orat ut a populo in se pena transferatur, ac in area Areuna sacrificat; itaque Deus sibi populoque reconciliat.*

1. Et addidit furor Domini irasci contra Israel, commovitque David in eis dicentem: *Vade, numeria Israel et Judam.* 2. Dixitque rex ad Joab principem exercitus sui: *Perambula omnes tribus Israel a Dan usque Bersabee, et numerate populum, ut sciatis numerum ejus.* 3. Dixitque Joab regi: *Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum, quantum nunc est, iterumque centuplet in conspectu domini mei regis; sed quid sibi dominus meus rex vult in re hujuscemodi?* 4. Obtinuit autem sermo regis verba Joab, et principum exercitus; egressusque est Joab, et principes militum, a facie regis, ut numerarent populum Israel. 5. Cumque pertransirent Jordanem, venerunt in Aroer ad dexteram urbis quae est in valle Gad; 6. et per Iaser transierunt in Galaad, et in terram inferiorem Hodsi, et venerunt in Dan silvestris; 7. transierunt prope moenia Tyri, et omnem terram Hevei et Chananei, veneruntque ad meridiem Juda in Bersabee; 8. et lustrata universa terra, effuerunt post novem menses et viginti dies in Jerusalem. 9. Dedit ergo Joab numerum descriptionis populi regi, et inventa sunt de Israel octingenta milia virorum fortium qui edocerent gladium, et da Juda quingenta milia pugnatorum. 10. Percussit autem rex David eum, postquam numeratus est populus, et dixit David ad Dominum: *Peccavi valde in hoc facto; sed precor, Domine, ut transferas iniuritatem servi tui, quia stulta agi nimis.* 11. Sur-

COMMENTARIA IN LIBRUM II REGUM, CAP. XXIV.

rexit itaque David mane, et sermo Domini factus est autem ad Gad prophetam, et Videntem David, dicens: 12. *Vade, et loquere ad David: Hac dicit Dominus: Trium tibi datur optio, elige unum quod volueris ex his, ut faciam tibi.* 13. Cumque venisset Gad ad David, munivit ei, dicens: *Aut septem annis veniet tibi famas in terra tua; aut tribus mensibus fugies adversarios tuos, et illi te persequentur; aut certe tribus diebus erit pestilenta in terra tua. Nunc ergo delibera, et vide quem respondeam ei qui me misit, sermonem.* 14. Dixit autem David ad Gad: *Coactor nimis; sed melius est ut incidam in manus Domini (multe enim misericordiae ejus sunt) quam in manus hominum.* 15. Immisitque Dominus pestilentiam in Israel, de manu usque ad tempus constitutum, et mortui sunt ex populo, a Dan usque ad Bersabee, septuaginta milia virorum. 16. Cumque extendisset manum suam Angelus Domini super Jerusalem ut disperderet eam, miseratus est Dominus super afflictione, et ait Angelo percurenti populum: *Suficit; nunc contine manum tuam: erat autem Angelus Domini iuxta aream Areuna Iebusae.* 17. Dixitque David ad Dominum, cum vidisset Angelum cadentem populum: *Ego sun qui peccavi, ego inique egī; isti qui oves sunt, quid fecerunt? vertatur, obsecro, manus tua contra me et contra dominum patris mei.* 18. Venit autem Gad ad David in die illa, et dixit ei: *Ascende, et constitue altare Domino in area Areuna Iebusae.* 19. Et ascendit David iuxta sermonem Gad, quem praceperat ei Dominus. 20. Conspiciens Areum, animadverxit regem prono vultu in terram, et ait: *Quid causa est ut veniat dominus meus rex ad servum suum?* Cui David ait: *Ut emam a te aream, et aedificem altare Domino et cesseret interfictio que grassatur in populo.* 22. Et ait Areuna ad David: *Accipias et offerat dominus meus rex, sicut placet ei; habes boves in holocaustum, et plaustrum, et juga boum in usum lignorum.* 23. Omnia dedit Areuna rex regi, dixitque Areuna ad regem: *Dominus Deus tuus suscipiat votum tuum.* 24. Cui respondens rex, ait: *Nequaquam ut vis, sed emam pretio a te, et non offeram Domino Deo meo holocausta gratuita.* Emit ergo David aream et boves, argenti scilicet quinquaginta; 25. et aedificavit ibi David altare Domino, et obtulit holocausta et pacifica; et propitiatus est Dominus terrae, et cohita est plaga ab Israel.

1. ET ADDIDIT FUROR DOMINI IRASCI CONTRA ISRAEL (1). — Quæres cur, et ob quod peccatum israelis? Respondet Theodoreus, eo quod Israel cum Absalom contra Davidem regem suum rebellasset. Sed ob hoc peccatum causa sunt viginti milia et amplius, *lib. XVIII*, licet forte huc pœnitentia culpe non sufficerit, nec satisficerit. Secundo, Lyranus et Cajetanus respondunt fuisse peccatum, quo Israel cum Seba conspiravit contra Davidem: in hac enim conspiratione solus Seba punitus est; populo ergo a Deo castigatio hec fuit reservata. Tertio, Abulensis censet insuper alia fuisse populi peccata, qualia sepe graviora solent in Republica.

COMMONVIT DAVID IN EIS DICENTEM (ut diceret et jubaret Joabo): *VADE, NUMERA FILIOS ISRAEL ET JUDA.* — « Commovit Deus Davidem, non per se suggerendo ei, et dicendo: « *Vade et numera populum* » (sic enim incitasset eum ad peccatum,

(*) Interpres Nonbiant nomine censet per lapsum Scriptorum hic omissionem factam fuisse, et legendum esse: *Ei addidit furor Domini irasci contra Israel, conseruante Satan contra Israel, et concinavit David in eis, dicentem.*

Illi sapienter adverdit S. Gregorius, lib. XXIX *Moral.* cap. iv, subditos non debere irasci principibus, cum in aliquem errorem vel vitium labetur, sed lapsus causam sibi suisque peccatis ascribere. « Ille, inquit, Deo attestante laudatus, ille supernorum mysteriorum conscientius, David pro-

pheta, fumore repente stationis inflatus, populum numerando, peccavit; et tamen vindictam populus, David peccante, suscepit. Cur hoc? quia videlicet secundum meritum plebium disponuntur corda rectorum. Justus vero iudex peccantis vitium ex ipsorum animadversione corrumpit, ex quorum causa peccavit. Sed quia ipse scilicet sua voluntate superbiens, a culpa alienus non fuit, vindictam culpe etiam ipse suscepit. Nam ira sevans, quae corporaliter populum perculit, rectorem quoque populi intimo cordis dolore prostravit. Unde concludit subiectus: «Cerum vero est quod ita sibi invicem et rectorum merita connectant et plebium, ut sepe ex culpa pastorum deterior fiat vita plebium, et sepe ex plebium merito multetur vita pastorum. Sed quia rectores habent judicem suum, magna cautela subditorum est; non temere vitam judicare regentium. Eadem ad verbum ex S. Gregorio transcripsit Angelicus et Eucherius, vel potius Beda. Nam S. Eucherius estate antecessit S. Gregorium, Beda vero sequitur.

NUMERUS POPULUM, UT SCIAM NUPERM EJUS. — Scriptura, precedente cap. xxxii, recensuerat fortis et heroes Davidis; nunc ipsa David ceterum populum sibi subditum numerari jubet, ut sciatur quot et quantos ipse habeat subditos, quoque ex his apti sint ut in milites conscribantur, inde que sciatur numerus, quod scilicet milites in aciem educere possit. Peccavit tamen, quia id fecit ex vanitate et superbia. Audi S. Augustinum, lib. XXII *Contra Faust.*, cap. LXVI: «Ibi in gregem sibi commissum tanta dilectio pastoralis, ut pro eius ipse vellet mori, quando populus numerato, peccatum elationis ejus, sic placuit placuit Deo, ut eundem numerum minuerit morte multorum, cuius multitudine cor regis fuerat superbia presentatum. In quo occulito iudicio Deus, apud quem non est iniquitas, et quos noverat indignos hac vita, subtraxit huic vite; et in illo qui de hominum copia se extulerat, tumorem animi humani, ejusdem copia diminutio sanavit.» Peccatum ergo Davidis fuit superbia. Aliud peccatum assignavit Iosephus, Cajetanus et Abulensis, scilicet quod in haec numeratione et census neglecta fuit lex *Ezod.* cap. XXX, vers. 13, quae jubet ut in cunctis solvatur dimidium sicutum. Verum nulla hujus neglectus fit hic mentio. Adde, licet David solvi jussisset dimidium sicutum lego prescriptum, populusque cum solvisset, peccasset tamen David, cogens sua numeratione populum ad solvendum dimidium sicutum hunc sine causa; scens fuisse si David justam habuisset populi numeracionem causam: v. gr. si volens proficiere ad bellum, et sciens numerum eorum qui militare vel arma ferre posserent, censuisset populum: vel si tributum fuisse toti populo imponendum ob causam publicam, tunc enim non peccasset.

Simili modo Romani faciebant lustrum, et censum omnium provinciarum, singulaque homi-

nun capita numerabant et describabant, tum atque milites dare possent; tum ut censum ab eis exigenter, ut fecit Augustus, in plena orbis pace jubens descripsi totum orbem sibi subditum, censem indicens, in qua descriptione et censu natus est Christus, qui, ut ait S. Gregorius, sum fideles numerat et describit in beata aeternitate, *Lxx cap. ii, vers. 4.*

3. ET INVENTA SUNT DE ISRAEL OCTINGENTA (perparum Josephus habet: «nongenta») MILLIA VIRORUM FORTIUM. — Igitur pri et feminae non fuerunt numerati. Dices: I *Paralip.* cap. xxi, vers. 5, dicitur: «Omnis numerus Israel milli milia et centum milia virorum.» Ergo fuere trecenta milia amplius. Respondent Hbrei apud S. Hieronymum hic tantum recenseri vivos: in *Paralip.* vero tam vivos quam mortuos, numerum qui peste a Deo perecesserunt sunt, unde colligunt ipsi a deo mortuorum numerum fuisse trecenta milia; sed respondit Scriptura, que hic vers. 13, numerat duxiata 70 milia.

Secunda, alii respondent hic non numerari tribus Benjamin et Levi; hic in *Paralip.* vero numerari; ideoque trecenta milia amplius recenseri. Verum in lib. *Paralip.* post numerum undecim centenorum milium, illuc subditur Levitas et Benjaminitas non fuisse numeratos. Ergo illi nec hic, nec in *Paralip.* numerantur.

Dico igitur duplice: hic fuisse descriptionem, sive censum Israëlis: prior fuit, qua principes exercitus per singula oppida et vicos in privatis libris singulorum nomina describant, et iuxthanci hanc descriptionem fuisse undecim centena milia populi numerata, ut habeat liber *Paralip.*; posterior fuit qua ex privatis hisce catalogis sive libris singulorum nomina transcribantur in librum maiorem, quem habebat Joab, ut eum traduceret regi, itaque in fastos et annales publicos referrentur, et horum numerus fuit tantum octingentorum milium, ut hic dicitur. Causa fuit, partim quod Joab invitus hanc descriptionem perageret, ideoque in ea regi transcribenda moras nescieret, ut sedaret fastum regis; partim, quod saeviente peste a Deo immissa inhibita et incisa fuerit hanc transcriptio, quare omittuntur in ea trecenta milia iam dicta. Id liquet ex I *Paralip.* cap. xxvi, vers. 24: «Joab, inquit, cooperat numerare, nec complevit (unde nec Benjamin nec Levi numeravit), quia super hoc ira (pestis) irruerat in Israel, et idcirco numerus eorum, qui furentur recensilli, non est relatus in fastos regis David.» Scriptor vero *Paralip.* ex privatis catalogis illa scriptio milia addidit et supplevit.

ET DE JUDA QUINGENTAE MILLIA PUGNATORUM, — qui scilicet apti erant ad ferendam armam et pugnandum, ut processerit, esto actus non essent militias pugnatores. Dices: I *Paralip.* cap. xxi, vers. 5, numerantur duxiata 470 milia ex Iuda. Respondet Abulensis, ibi non numerari eos qui ex Iuda

familiae et militiae Davidis erant ascripti, eo quod illos David apud se jam haberet in numero: hos autem fuisse triginta milia, que juncta cum 470 milibus faciunt quingenta milia. Ita Abulensis et Lyranus. Alter alii respondent, nimurum, primo Hebrei apud S. Hieronymum, et ex eis Angelomus, aucti noluisse Joab summam integrum, que erat 300 milium, tradere Davidi, ne ipse ex sua tribu Iuda tam numerosa superbiret; unde decerpissimo ex eis triginta milia.

Secondo, alii assentur triginta haec milia fuisse proscelytorum, id est Gentium ad Iudeam conversorum, qui se tribui Iudea aggregarunt, ideoque illa hic non numeratur.

Tertio, Serarius respondet hic selectiores tantum numerari eosque fuisse 470 milia: in *Paralip.* vero omnes omnino, et eos fuisse 500 milia.

Quarto, Salianus: Tribus Iuda, inquit, secundum antiquos suis terminos hic estimatur; inter quos tribus Dan et Simeon, quasi in sinum Iudea recepta sunt; idque confiniorum ex eo quod Joab cum suis duxit venisse ad meridiem Iudea, in Bersabe, cum tamen constet id opidum fuisse in tribu Simeonis, non Iudea.

10. PERCUSSUS AUTEM COR DAVID EU^N, — q. d. Conscientia Davidis momordit, dictavitque ei quod malo egisset: numerando populum ex superbicie presumptione. Iosephus addit: «Gad» prophetum aliquos Davidi ostendisse quod in hac numeratione processet, ac hunc conscientie scrupulum ei moveisse.

UT TRANSFERAS INQUITATEM, — ut scilicet eam auferas, remittas et condones.

12. TRIUM TIBI DATUR ORTHO. — «Trium», scilicet cladium et calamitatum, nimurum pestis, famis et bellum; quodcumque enim ex his tribus elegeris, demet et demet numerum hume ingentem Israëlis, in quo tunc rex superbius et gloriari, itaque sternit tuam superbiam. Ita S. Augustinus, lib. XXII *Contra Faust.*, cap. LXVI.

13. AUT SEPTEM ANNIS VENIT TIBI FAMES. — Pro auctoritate, I *Paralip.* cap. xxi, vers. 12, dicitur «atribus», quia prior propositio Dei et Gad prophetam continebat «septem»: sed hanc deinde Deum petente agit David mitigavit et rededit ad tres annos, sicut numerum 30 iustorum in Sodoma ob preces Abraham diminuit et rededit ad decem, Gen. cap. xviii. Unde Iosephus, Origenes, Ambrosius, Theodoreus et alii tres tantum annos famis Davidi propositos asserunt.

14. MELIUS EST UT INCIDAM IN MANUS DOMINI (MULTE ENIM DISPLICENTIIS EJUS SUNT) QUAM IN MANUS HOMINIS. — Bellum ergo hominum, puta Philistinorum, Syrorum et Ammonitarum deprecatur; de cetero David resignat se Deo, ut vel fuisse, vel pestem infligat. Sed urgente Gad prophetâ, ut alterum horum definite eligeret, elegit pestem, nam Septuaginta addunt, et elegit sibi David mortem, id est pestem quam vulgo mortem, sive mortaliatem appellamus. Idem tradit Iosephus, qui

et aliam causam hujus electionis Davidis assignat, quem audi: «Rex cogitans quod si famem petret, sui magis quam allorum rationem habuisse videri posset, quandoquidem ipsi nihil personi esset; multum frumenti in horre habenti, illis non item. Quod si per tres menses ab hoste vinci elegisset, sic quoque sibi consuluisse, qui arcus et fortissimum circa se cohortem haberet: optimus malum regnabitus equus ac regnatis communis, in quo omnibus par metus imminenter, praefatus, melius esse incidere in manus Dei, quam in manus hominum.» Sic et Theodorus, Abulensis et Cajetanus. David ergo eligens incidere in manus Dei, videtur elegisse pestem: huc enim est plaga, qua homines percutit manus Dei, sit Lyranus et Vafabius; nam famae sepe non proxime a Deo, sed ab hostium depravatione, vel tempestitate, vel aeterni temporis onir.

Dices: Daniel, cap. XIII, vers. 23, contrarium David elegit Susanna dicens: «Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.» Responsio est facilis: Susanna enim loquitur de eo qui incidit in manus hominum per penam, ut ab eis occidatur; hoc enim satius est quam incidere in manus Dei per culpam, puta per fornicationem, ad quam ipsa a sensibus urgebatur, q. d. Satius est occidi ab hominibus, quam peccare in Deum: cedes enim hominum temporalis est; offensa vero et vindicta Dei est eterna: quare præstat offendere homines, quam Deum. At vero David loquitur de pena, non de culpa, q. d. Satius est puniri a Deo, quam ab homine, puta ab hoste: hic enim sepe scimus est et implacabili; Deus autem misericors, et penitentia placet. Hinc S. Chrysostomus, hom. 29 in epist. ad Rom., ostendit Davidem fuisse bonum pastorem, quia iusta Christi Domini sentiant, Joan. cap. x, vers. 11, etiamnam suam dabant pro oibis suis: «Propterea, inquit, in optione suppliciorum illorum non famem elegit, non hostiliter persecutionem; sed immissam a Dominis mortem, per quam sperabat alios quidem fore securos; se vero ante reliquias omnes e me tollendum.» Unde ait: «Ego sum qui peccavi: ego inique egi: isti qui oves sunt, quid fecerunt? Veritatem, obsecro, manus tua contra me.» Nam, ut bene S. Chrysostomus addit, «vellicabant viscera ipsius eadentibus illis, tanquam si genuini necarentur filii.» Unde S. Ambrosius, *Apolog.* I *David.* cap. vir: «Quo facto, inquit (id est oratione pro subditis), statim dignus sacrificio judicatus est, qui absolutione estimabatur indignus.» Et inferius: «Nec mirum, inquit, si tali oblatione pro populo, peccati sui adeptus est veniam; cum Moyses offerendo se Domino pro phabis errore, etiam plebis peccata delaverit.»

15. IMMISITQUE DOMINUS PESTILENTIAM IN ISRAEL, DE MANE USQUE AD TEMPUS CONSTITUTUM. — Septuaginta, a mane usque in horam prandii; Chaldei, a tempore quo maculatur iuge (sacrificium) usque

adoleatur, id est usquequo adolere plene com-
batur, quod erat sub tempore prandii. Sic et Iosephus. Hinc multi putant pestem hanc durasse
tum per sex horas: tot enim sunt a mane ad
prandium. Ita Theodoreus: «Trium dierum, in-
quit, mortem Deus minabatur, sex autem horis
solum mortem intulit. Si dies numerentur cum
noctibus, inventur pars solum duodecima mina-
rum illata esse populo. Ita Deus benignus et clemens
majorum quidem usus est nichil peccato-
res terreni, minis autem longe minora infert sup-
plicia.» Item Ambrosius in *Psalm. xxxvi*: «Qui
proposerat, inquit, mortem triduo exercere in
terra, ne unum quidem diem passus est prater-
ire, sed ad horam prandii libenter indulxit, et
ut verbo Scriptura utor, habuit premitentiam su-
per militiam.» Et aliquanto post: «Vide, inquit,
Domini gratiam, quod et ipse a proposito condi-
tione deflexit. Numquid aliquod miserationis est
crimen, quia plus minatur, et minus exigit, qui
in remuneracione premium promissa custo-
dit, in exactione penarum prescriptum remordet?»
Alii, ut Lyranus, Ruperius, Vatablus, Sanchez
per «tempus constitutum» accipiunt tempus sta-
tuta sacrifici vespertini, quo scilicet vespere alter
agnus Deo offereretur in iudeo sacrificium, quasi
vi istius sacrifici cessaret pestis: «Iudeo enim
^{tempus} mox significat tempus statuum, quale est festo-
rum et sacrificiorum. Verum simplicius et ap-
pius, per «tempus constitutum» accipias triduum
a Deo constituta plaga pestis, vers. 43. Ita Abu-
lensis, qui in idipsum ratione confirmat: «Quia,
inquit, si nulla ipsa facta fuisse mentio tempora-
ris, quo durare debet pestilencia, esset divina-
tioni locus, et nominato manu quo caput possit,
posset intelligi durasse ad tempus vespertini sa-
crifici a lege definiti; preserim cum ex tempore
David sacrificasse videatur. At cum paulo ante
diem fuerit, triduo duraturam, moxque dicatur
durasse ad tempus constitutum, vis utique affe-
tur Scriptura, si tempus constitutum, ali quam
ad predictum triduum referatur: ita quoque Ca-
jetanus, Dionysius, Salianus et alii, qui censem
pestem hanc durasse per duos integros dies, et
per partem diei tertie, deinceps Deus dixit Angelo
percutienti: «Sufficit», versus 16.

ET MORTU SUNT EX POPULO, etc., SEPTUAGINTA
MILLIA VIRORUM. — Perperam ergo Rabbinii nume-
ranti trecenta millia, ut dixi versus 9.

46. CUMQUE EXTENDSET MANUM SUAM ANGELUS
DOMINI (hinc patet Angelum hunc infligentem pes-
tem fuisse bonum, non malum. Sic bonus Ange-
lus crevamus Sodomam, *Genes. cap. xix*; idem
magis patet versus 17, ubi David ab Angelo ve-
niam precaverat) SUPER JERUSALEM, UT DISPERDERET
EAM, MISERITUS EST DOMINUS. — Hinc patet Angelum
prius pestis percutisse ceteras tribus, ex eisque
occidisse 70 milia, ac tandem tertio die percu-
sse quoque Hierosolymam multosque in ea na-
casse: nam et Hierosolymite peccabant in Deum,

conspirando cum Absalom contra Davidem suum
regem, atque pluribus peccatis.

ET AIT ANGELO PERCUTIENTI POPULUM: SUFFICIT. —
Hinc colligitur Deum, antequam oraret David, ex
spontanea misericordia jussisse Angelum, ut plaga
pestisneque sisteret. Porro Angelus hic inflig-
ebat Israelitis pestem, « applicando eorum cor-
pori et cordi aliquid valde pestiferum, at Abu-
lensis, quod subito corrumperet viscera, idque
sunt sensu, sicut non sentitur aer infectus cum at-
fringitur; et quia illud quoq applicabat Angelus,
erat magis corruptum quam aer qui in tempore
pestilencia attrahitur, velocius et insensibiliter ho-
mines cedebant, tanquam nullum habuissent
lungorem. » Hinc vocatur pestis hec « gladius »,
cum quia qui percutientur peste ab Angelo,
sentiebant quasi ictum gladii; cum tamen in Scriptu-
ra omne quod pungit, cruciat, affligit; per ca-
tachresin vocatur gladius. Simile configit in peste
Romana, quae Pelagium Pontificem suscepit, ad
quam sedandam S. Gregorius publicas Litaniis
ad basilicam S. Petri instituit, ipseque gestabat
imaginem B. Mariae et S. Lucae depictam, de qua
audi Baroniū anno Christi 590: «Tunc vero et
mirandum istud accidisse tradunt, ut cum perve-
niisset procedendo Gregorius ad molem Hadriani
Tiberi adjacentem, in signum reconciliati Numi-
nis, visus fuit Angelus nudatum gladium in va-
ginan reponere, eoque symbolo morbum es-
sasse, certaque voluisse, quemadmodum (ut
superius ex eodem Gregorio, *Dialog. lib. IV, cap.*
xxxvi, dictum est) per sagitas visas celestis lapa-
sas idem fuerit divinitus premonstratus.

Simile factum in peste illa universali per Ori-
entem, immo per totum orbem, que coniugit anno
Christi 394, qui fuit 48 Iustiniani Imperatoris, de
qua ita scribit Procopius, lib. II *De bello Persico*, et ex eo Baroniū: «Phantasma daemonum mul-
tis humana specie visa sunt: quot enim in ipsa
incidenter, percuti et ab aliquo viro putabatur,
morbusque subito irruerat. Nonnulli ab initio
verbis sanctis ne alii (ut tolerant) supplicio-
nibus eum avertire frusta querebant: at tan-
quam lymphati seu spiritu malitio agitati, amio-
cos vocantes minime audiebant: in locis quoque
angustis coerebantur. Nonnulli vero in somnis
hac eadem accidebant. » Et inferius: « Tribus
igitur mensibus hujuscemodi ihes Constantinopoli prevaluit, et ab initio quidem pauci, deinde
in singulos dies quinque sepius etiam decem
millia efferebantur: adeo ut plures etiam divites,
ministris jam omnibus existentes curatorum pe-
nuria magis, quam morbo perirent, et insepoli
manarent. » Remedium fuit imploratum B. Virginis auxilium, quo lues extincta est, unde in
memoriam tanti beneficii Greci instaurerunt festum *Exorcizans*, id est Occurus Domini, quod nos
festum Purificationis B. Virginis nuncupamus, die
2 februario. Vide Baroniū in *Martyr.* et in *Anna-
libus*, anno Christi 344, in fine. Similis pestis con-

tigat anno Domini 603, de qua ita Regino in *Chronico*: «Tunc, ait, visibiliter multis apparuit quod
bonus et malus Angelus noctu per civitatem per-
gerent, et ex iusu boni Angeli malus Angelus,
qui videbatur venabulum manu ferre, quoties de
venabulo ostium domus evisceret percutisse,
tot de eadem domo sequenti die homines
interirent. » Idem prorsus Romanus configit sub
Agathone Pontifice, anno Domini 689, iisdem
verbis, quibus utitur Regino (unde suspicuntur est
situm idemque ab utroque narrari, sed alio anno
consignari), scribit Paulus Diaconus, lib. VI, cap. v,
et Anastasius Bibliotheca in *Agathone*, atque ex
iis Baroniū anno Christi iam dicto, qui et addunt:
«Tunc per revelationem eidum dictum est, quod
pestis ipsa prius non quiesceret, quam in basili-
ca que B. Petri ad Vincula dicitur, S. Sebastiani
martyris altarium poneretur. Factumque est, et
delatis ad urbem Romanam beati Sebastiani marty-
ris reliquis, mox ut in iam dicta basilica alta-
rium constitutum est, pestis ipsa quiete. » Ille-
usque Paulus: «Exstat adhuc integrum ipsum
altare, nec non ejusdem sancti martyris imago
inciso opere expressa. Sed ex hoc propagata ad
posteros religio est, ut pestis tempore voti causa
imago ejusdem sancti Sebastiani diversis in locis
pingi soleret, sed et in eius memoriam altaria
erigi, immo etiam et ecclesias fabricari. Eadem de
tempore et peste habet Anastasius in *Agathone*
Pontifice. » Hic Baroniū.

47. DIXITUR DAVID AD DOMINUM, CUM VIDISSET AN-
GELUM CADENTEM POPULUM: Ego sum qui PECCAVI. —
Angelus jam iussu Dei stiterat plagan; quo facto,
ostendit tamen se Davidi vultu truci et igneo,
cum stricto gladio, quasi minans adhuc populu-
m ferire: quare territus David cum suis supplex
in terram procidit, petitiisque populo veain et
imperavit. Ita Abulensis, Salianus et alii. Hebrei
tradunt Davidem ex hac visione et dolore populi
percuti percussum incurrisse morbum incurabil-
em. Quare ipsum ad Deum ingemissus: « Mis-
ere mei, quoniam infirmus sum. » Psalm. vi, 3.
«Infirmum se appellat, inquit Lyranus, iuxta senten-
tiam veterum Rabbinorum, qui ex visione An-
geli percutientem populum pro numeracione praedi-
cta fuit ita perterritus, ut de cetero languidus
remaneret: adeo ut nullis vestibus caliceret, ut
III Reg. i, vers. 4, dicitur. » Aliunt Hebrei, inquit
Hieronymus, Sadoc sacerdotem infulatum Domini
depercussum fuisse et imitatum fuisse patrem
suum Aaron, et illius preces et devotionem Do-
minum vidisse et miserum fuisse. »

Ego sum qui PECCAVI, — scilicet numerando po-
pulum, a quo peccato immunis erat populus,
qui tamen reus ob alia scelera ab eo commissa,
que hic castigare solebat Deus. Considerent hic,
admirent et imitentur Principes et Prelati pro-
fundam humilitatem, penitentiam et charitatem
Davidis pro populo supplicantis, et penam ab
eo in se transferri postulantis. Audiant S. Ambro-

sium in *Apol. Davidis*, cap. vii: «Quam illud admirabile quod Angelo ferient plebem se obtulit.
Hoc facto statim dignus sacrificio judicatus est,
qui absolutione astimabatur indignus. Nec mi-
rum, cum et Moses offerendo se Domino pro
plebis errore, etiam plebis errata deleverit. » Ea-
dem pene Theodoreus, *Qwest. XXXVII*: «Digna,
sunt admiratione ipsa verbi regis, ignorans
causam, sum peccatum vocavit, quod fuerat
factum; et ut in suum genus justa ferretur sen-
tentia, supplicavit, utem verbis boni pastoris,
imitans Filium suum et Dominum, qui animam
suam posuit pro oviibus. » Additum I *Paral. xxI*,
16: «Et eciderunt tam ipse (David) quam ma-
iores natu vestiti cilicio, proni in terram. » Sic
S. Carolus Borromeus ad avertendam pestem,
alias clades in publicis supplicatione nudis
pedibus, fune in collum injecto, bajulans crucem
processit.

48. ASCENDE (in montem Mori, qui est pars
montis Sion) ET CONSTITUE ALTARE DOMINO IN AREA
ARENA JESUSSI, — quia ob Angelum gladio mi-
nante adhuc est peste metus, immo reliquie.
Licit enim Deus dixisset Angelo: « Sufficit », ut
nemini ulterius peste inficeret; tamen qui jam
ab eo peste infecti fuerant, non erant sanati. Ju-
bet ergo Gad propheta Davidi Dei insti-
tutu, ut altare erigat, ut libertatem a se concessam con-
firmet. Alii tamen ex hoc loco censeant needum
cessasse Angelum a percutiente et inflictione pes-
tis, ideo peste needum cessasse, nec Deum
adhuc dixisset Angelo: « Sufficit », sed id dixisse
post preces et sacrificium Davidis. Quamvis enim
jam ante id narrari Scriptura, versus 16, tamen
id fecisse videtur per anticipationem, qua volunt
prius complere narrationem gestorum et dictio-
rum inter Deum et Angelum; deinde subdere
media praevia qd id a Deo ordinata, scilicet sup-
plicationem et victimam Davidis, quibus placatus
Deus dixit Angelo: « Sufficit », sibi tincta pestem.
Haec expositor est probabilis, eique facet quod
David versus 21: « Et cesset interficie que
grassatur in populo; » et versus 23: « Et propri-
tatem est Dominus terra, et cohibita est plaga ab
Israel. » Ita Cejetanus.

IN AREA ARENA JESUSSI. — Fuit «Arena» prin-
ceps Jebuseorum, unde versus 23, in Hebreo vo-
calur rex, fuitque amicus et familiaris Davidis,
quare videtur factus proselytus, et ad Judaismum
Deumque verum conversus. Ita Abulensis, Diony-
sius, Salianus. Porro, qui ab Hebreis vocabatur
Arena, id est collectio, vel arca, a Jebuseis pau-
lulum inflexo nomine dictus est Ornan, ut patet
I *Paral. xi*, 18. Hinc Vatablus putat eum fuisse reg-
num Jebuseorum, antequam Jerusalem a Davide
caperetur, qua capta factum Davidi tributarium.
Idem docet S. Augustinus, serm. 198 *De Tempore*,
Serarius et alii.

Queres, cur aream hanc Areum pra aliis elegit
Deus ad sacrificium? Respondeo primo, quia haec

Area Os-
man, car-
do decto?

area erat in monte Moria, ubi olim ante 830 annos Abraham iussus fuit a Deo immolare filium suum, Genes. xxii. Secundo, quia in eodem loco dixerat Deus a Salomonem edificari templum, etsi hic quasi specimen et praeludium a Davidi ducere voluit. Id patet II Paral. m. 1, ubi dicitur: « Etcepit Salomon edificare domum domini in Ierusalem, in monte Moria, qui demonstratus fuerat Davidi patri eius, in loco quem paraverat David in area Ornan Iebusei. » Symbolice, significare voluit Deus in « area Iebusei », id est, in regione Gentilium a vero Davide et Salomon, id est Christo, templo, id est Ecclesiam Catholicae verorum Israelearum et Abraham filiorum per fidem, ex vivis fidelium lapidibus edificandam fone Ha Angelomous, et S. Augustinus, serm. 198 *In Temp.*

Tropologice, idem Angelomous: « Areuna, inquit, interpretatur area, et Ornan Latine resonat lumen nobis. Bene ergo cum Deum pro offenso, quo peccavit, placare vellet, altare jubetur in area Areuna vel Ornan construere, ut inde unusquisque coniugiat, quia aliae Divinitates ab homine placari non potest, nisi in area cordis, per lumen recte fidei et vere dilectionis, altare illi devote humilitatis constitutum, in quo sacrificium pie confessionis ac laudes Deo acceptabiles offeratur. Quod recte per eundem Prophetam in Psalmis manifestatur, ubi dicitur ex persona Domini: Sacrificium laudis honorificavit me. Et iterum: Sacrificium, inquit, Deo spiritus contributabilis, cor contritum et humiliatum Deus non spernit. »

Allégorie, David hic sacrificans in area Areuna iramque Dei placens, et pestem sedans, typus erat Christi, qui eodem in loco (Calvarie enim mons vicinus est monte Morie) ejusque quasi pars et jugum) seipsum in hostiam pro peccato Patri immolarurus, iram ejus erat placaturus, mortemque presentem et aeternam a nobis ablaturus.

21. **Ex CESSO INTERFECTO.** — Nesciebat David Deum dixisse Angelo persecutum: « Sufficit: » immo post hoc dictum Angelus apparuit Davidi stricto gladio quasi minans percutere, unde David putabat eum revera adhuc percutere, immo nonnullum petunt utrum revera adhuc percussisse, ut dixi vers. 18, idque satis inuit Scriptura, dicens ad preces et sacrificium Davidis Deum placatum sustulisse pestem hic vers. ult., et I Paral. cap. xxi, ubi post sacrificium Davidis subditur versu 27: « Praecipitum Dominus Angelo, et convertit gladium in vaginam. » Ut sit, certum est ante preces et sacrificium Davidis, neclum Deum fuisse reconciliatum, sed per Angelum stricto gladio adhuc ministratum populo; verum per preces et hostias Davidis plena fuisse placatum, ac iussisse Angelo ut gladium fulminantem in vaginam recondereret.

22. **EMIT ERGO DAVID AREAM ET BOVES ARGENTI SICLIS QUINQUAGINTA.** — Dicess: I Paral. xxi, 25, dicitur: « Dedit ergo David Ornan pro loco siclos

auri justissimi ponderis sexcentos. » Facilis et plana est communis responso, Davidem pro area altaris et bovis dedisse siclos argenteos 30, ut hic dicitur: at vero postea pro tota area Areuna, ut in ea a Salomonem fabricaretur templum illud orbis miraculum, dedisse siclos auro sexcentos. Ita S. Hieronymus, Glossa, Lyranus, Hugo, Dionysius, Cajetanus, Sallanus, Scrarius et alii.

Alter respondent Andreas Musius in Josie, cap. vii, versus 21; Aleazar, *De Ponderibus et mensuris*, propos. 22, pag. 60; Vilalpando, tom. III, pag. 414, scilicet hos 30 siclos vocari « argenti », id est pecunie (Hebrei enim aquae ac Franct pecuniam vocant *argentum*), revera tamen fuisse aureos. Jam 30 sicli aurei valent 600 siclos argenti; una enim libra, drachma vel uncia aurum valet duodecim argenteos, teste Platone in *Hipparch.* Quare siclos sexcentos, quorum fit similiter in *Paxalip.*, fuisse argenteos, eos tamen vocari auri, quia in auro persoluti sunt; nam, ut dixi, 30 sicli aurei dati a Davida valent sexcentos siclos argenteos. Hic sensus subtilis est et profundus, eique favent Hebrei, Septuaginta et Chaldaei, que hoc loco habent, *emit boves, etc., in argento* (id est pecunia) *siclis quinquaginta*, scilicet aureis, qui valent 600 argenteos, uti fuisus in fine Pentateuchi dixi, tract. *De Ponderibus.* Verum hic sensus dure et difficulter applicatur versioni Vulgatae, que habet hoc loco: *Emit, etc., argenti siclis quinquaginta.* Quare prior sensus uti communior, ita simpliciter et clarior est.

23. **ET PROPITIATUS EST DOMINUS TERRÆ.** — Signum hujus propitiacionis fuit ignis a Deo et celo missus, qui hostias Davidis consumpsit et quas ad Deum, cui offerabantur, assumpsit. Id patet ex lib. I Paral. xxi, 26, ubi dicitur: « Et exaudivit eum in igne de celo super altare holocausti. » Sic Deus ostendit sibi placere sacrificia Abelis, non Caini; Aaronis, non Nadab; Eliae, non suerditum Bala, per ignem et celo in eorum victimas missum, Gen. iv, 4; Levit. ix, 24; Ill Reg. cap. xvi, vers. 29.

Similis hoc ignis signo ostendit Deus velle se eodem loco erigi a Salomonis templum, in quo hostiae sibi offerentur, et igne celesti cremantur, idque David populo nuntiavit, cum, ut dicitur I Paral. xxii, 1, ait: « Hec est dominus Dei, et hoc est altare in holocaustum Israel. » Unde mortuos, ferrum, ligna ceteraque materialia ad fabricam templi necessariorum comparavit, ut ibidem subditur. Audi Josephum, lib. VII, cap. xx: « David autem cum animadverisset se exauditum et gratum fuisse sacrificium, deerevit totum illum locum, altare universi populi appolare, et Deo templum ibi edificari. Quam ejus vocem Deus in futurum ratam esse voluit. Mox enim Propheta ad eum misso, illuc templum exterrendum prædicti a filio, quem regni successorem esset relicturus. » Jam autem ipsum Deus revelaverat Davidi volenti edificare templum, ut

dicitum est cap. vii, scilicet se velle in monte Moreia et Sion adificari templum, sed hoc ipsum David hic populo annuntiavit, et locum ab Areuna emit 600 siclis, ut patet ex loco Paral. jam citato. Ita Pineda lib. *De Salomonem*, cap. v, num. 31, et cx eo Sallanus.

Hic terminantur acta politica Davidis, que scilicet spectant bella et regimen populi. Acta enim Ecclasiastica, et spiritualia hic omittuntur, uti sunt compositio Psalmorum; distributio Levitarum et sacerdotum, ad sacrificandum et psallendum; preparatio auri, argenti, arii, ferri, operatum tribuum, ac ceterorum officiium Davidis.

Hic ergo finitur liber secundus Regum, qui totus continet acta et gesta politica Davidis, ab initio regno usque ad finem vite. Et per singulos ipsius annos apposite et probabiliter (nil enim certi hic definiri potest) distribuunt noster Sallanus, Tornellus, Gordonus ceterique Chronologi, ex quibus haec pauca sed precipua accipe.

ANNI DAVIDIS.

Primus: nascitur David

Anno etatis 13, David pacit oves,

undecimo anno Samuellis Judicis
qui fuit vigesimus tertius annus
Samuellis Judicis,

ANNI SAMUELIS.

Saul agros colit et pascit asinos.
quo Hebrewi petunt regem. Saul
creatur rex, et varia bella feliciter conficit.

ANNI SAULIS.

Anno 20, a Samuelle in regem

privatum unguitur.

Anno 22, duellat cum Goliath
que caput amputat.

Anno 23, fit tribunus et gener
Saulis.

Anno 24, fugit ad Samuelem in
Najoth.

Anno 25, fugit in Celiam: latet
in deserto Engaddi.

Anno 26, parcit Nabal, et ducit
Abigail.

Anno 29, vindicat cladem Sice-
leg: audit mortem Saulis.

Anno 31, David creatur unguitur
que rex Iuda in Hebron.

Anno 38, ab omnibus tribubus
rex creatur.

Anno 39, arcem Sionis expugnat,
in eaque regni sedem locat.

Anno 42, transfert Aream in
Sion, ante eam saltat, accipit
oraculum de nascitu Salo-
mone.

Anno 43 et seq. bello superat Philistæos, Ammonitas, Syros, Idumæos.

Anno 48, Hanon regem Ammon ob violatos legatos castigat et subjugat.

Anno 50, Bethsabee violat, et Uriam occidit.

Anno 51, a Nathan correptus pemicit.

Anno 52, nascitur Salomon. Amnon violat sororem suam Thamar.

Anno 54, Absalom occidit Amnon, fugitque in Gessur.

Anno 59, Absalom post quatuor annos exili a regno, et duos ab aula patris, plane pleneque reconclitatur Davidi.

Anno 61 etatis, qui fuit regni 31, Absalom regnum invadit, fugit David, prælium parat, cum Absalom confligit et vincit; Absalom fugiens, capillis arborei impletur, et tribus lanceis a Joba con-

figitur.

Anno 63 etatis, qui fuit regni 33, ob famen a Deo immisam David Gabaonitis tradit septem Saulis filios crucifigendos.

Anno 64 etatis, qui fuit regni 34, quatuor bella cum Philistaeis, cassis totidem eorum gigantibus feliciter conficit. Narratur cap. **xxi**, vers. 15 et sequentibus.
 Anno 67 etatis, qui fuit regni 37, lustrum agit tofius populi: quare Deus immissa peste 70 milia occidit; sed David supplicans et sacrificans in area Aarenae Dei iram et pestem sedat.
 Anno 69 etatis, qui fuit regni 39, David Salomon agenti annum etatis 19, uxorem dat Naamam Ammonitidem, ex qua ipse eodem anno generat Roboam, qui ei post 40 annos in regno succedit.
 Anno 70 etatis, qui fuit regni 40, David Salomonem regem constituit, ac paulo post moritur, qui fuit a mundo condito annus 2929, ante Romanam conditam 270, ante Christi ortum 1021, iuxta tabulam Chronologiam quam prefixi Pentateucho. Hanc annorum Davidicorum seriem digessimus ex Annalibus Saliani, Gordoni et Tornielli, qui omnes eum anno etatis 70 mortuum docent. Synchromi autem reges ei fuerunt: Codrus quidam apud Athenienses annis aliquot, inde Medon annis 20, postque eum Acasius: apud Assyrios, Derculus, ac post eum Eupates; apud Latinos Sylvius: Ixion apud Corinthios, ut ex Eusebio colligere est; atque in his liber secundus Regum terminatur.

COMMENTARIA

IN

LIBRUM TERTIUM REGUM.

ARGUMENTUM.

Libro primo Regum audivimus acta duorum ultimorum Iudicum, scilicet Heli pontificis et Samuels prophetae, ac gesta Saulis primi regis Israeli. Continet ergo primus liber chronologiam octoginta annorum: nam Heli precepit Israeli annis 40, totidem Samuel et Saul simul. Hisce actis interinxunt gesta Davidis in adolescencia, antequam crearetur rex, nimuruncio ejus in regem facta a Samuele, duellum cum Goliath, bellum cum Philistaeis, fuga et latrabe cum eum persecutore Saul.

Libro secundo Regum audivimus acta Davidis ab inito regno usque ad ejus finem et mortem, quod fuit spatium 40 annorum; tot annis enim regnavit David.

Sequuntur jam duo libri ultimi, scilicet tertius et quartus Regum, qui gesta Salomonis ceterorumque Davidis posteriorum Regum omnium emar-

rant, usque ad captivitatem Babyloniam, in qua a Nabuchodonosor et Chaldeis eversa est Jerusalem, Iudeisque traducti sunt in Babylonem, quod fuit spatium 430 annorum. Tot ergo annorum historia regum Israelis his duobus libris pertexitur, id est hi duo libri ab Hebreis proprie Regum, a Graecis, Regorum vocantur, cum priores duo libri Samuelis appellantur (1).

(1) Liber iste tertius ultimus est librorum quos vocant Hebrei, et a LXX βασιλεών Propterea priores, qui ab ipsis dicitur Βασιλείων regum primi; a Latinis Regum tertius, et a LXX βασιλεών V Regum tertius. Quod vero duos tantum posteriores regum appellant, priores Samuels nomina insignit, hec esse potuit ratio, quod et historiam duorum regum a Samuele unctorum duo primi libri continant, et quae tam in hoc de Saulo quam in altero de Davide referuntur, Samuelis vera esse vaticinia comprobent.

ACCIPE HORUM REGUM ORDINEM, AQUE AC TEMPORIS QUO REGNARUNT SERIEM.

1. Salomon regnavit	40 annis.	III Reg. cap. xi, vers. 42.
2. Roboam ejus filius	17 annis,	III Reg. cap. xiv, vers. 21.
3. Abia	3 annis,	III Reg. cap. xv, vers. 2.
4. Asa	41 annis,	III Reg. cap. xv, vers. 10.
5. Josaphat	25 annis,	III Reg. cap. xxii, vers. 42.
6. Joram	8 annis, sed tribus cum patre, ac post eum solus quinque annis, uno anno patrum cum patre, patim solus,	IV Reg. cap. viii, vers. 17.
7. Ochozias	6 annis,	IV Reg. cap. viii, vers. 26.
8. Athalia	40 annis,	IV Reg. cap. xi, vers. 4.
9. Joas	29 annis,	IV Reg. cap. xii, vers. 1.
10. Amasias	32 annis,	IV Reg. cap. xiv, vers. 2.
11. Azarias, sive Ozias	16 annis,	IV Reg. cap. xv, vers. 2.
12. Joatham	16 annis,	IV Reg. cap. xv, vers. 33.
13. Achaz	29 annis,	IV Reg. cap. xvi, vers. 2
14. Ezechias	33 annis,	IV Reg. cap. xviii, vers. 2.
15. Manasses	2 annis,	IV Reg. cap. xxi, vers. 1.
16. Amon	31 annis,	IV Reg. cap. xxi, vers. 19.
17. Josias	tribus mensibus,	IV Reg. cap. xxii, vers. 4.
18. Joachaz	11 annis,	IV Reg. cap. xxii, vers. 31.
19. Joakim	tribus mensibus,	IV Reg. cap. xxii, vers. 36.
20. Joachin	11 annis,	IV Reg. cap. xxiv, vers. 8.
21. Sedecias		IV Reg. cap. xxv, vers. 13.